Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



crucifixistis quem deus suscitauit
a mortuis in hoc nomine iste astat
coram uobis sa nus. Hic est la
pis qui repro batus ē a uob
edificantibus qui factus ē in caput
anguli. et nō est in alio aliquo salu
Nec enim nomen aliud est sub celo da
tum hominibus in quo oporteat nos
nos saluos fieri. Videntes autem pet
constantiam et iohannis cōpto quod
homines essent sine litteris et idio
te admirabantur. et cognoscebat
eos quoniam cum iheso fuerant ho
minem quoq; uidentes stantē cum
eis qui curatus fuerat nichil pote
rant contradicere eis. Iusserunt
autem eos foras extra concilium sedere
et conferebant ad inuicem dicentes
Quid faciemus uiris istis. Quidem notum sig
num factum est per eos omnibus ha
bitantibus iherusalem manifestum est. et
nō possumus negare. Sed ne am
plius diuulgetur in plebem. cōminē
mur eis ne ultra loquantur in hoc
nomine ulli hominū. Et uocates
eos denuntiauit ne omnino loqueē
tur neq; docerent in nomine iheso
Petrus uero et iohannes respōde
tes dixerunt ad eos. Si iustum est
in conspectu domini dei nos potius
audire quam deum iudicate. Non
enim possumus que uidimus et audi
uimus nō loqui. Et illi cōminantes
eis dimiserunt eos. nō inuenientes
quomodo punirent eos pter plebem
quia omnes clarificabant id quod
factum fuerat in eo quod acciderat
a mortuis enim erat amplius. xl. annorū
quo factum erat signum istud sani
tatis. Dum ergo ad eos
suos. et annuntiauerunt eis quanta ad
eos principes sacerdotum et seniores
dixissent. Qui cum audissent una
uiter leuauerunt uocem ad dominum et dixe
runt. Domine tu qui fecisti celum
et terram et mare et omnia que in eis
sunt. qui spiritu sancto per patris
nostri dauid pueri tui dixisti. Quare
fremuerunt gentes. et populi medita
ti sunt inania. Astiterunt reges terre
et principes conuenerunt in unum ad
uersus dominum et aduersus xpm eius.
Uenerunt enim uere in ciuitate ista
ad uersus sanctum puerum tuum quem unxisti
iheson herodes et pontius pylatus
cum gentibus et populis israel. facere que
manus tua et consilium tuum fecerat
fieri. et nunc domine deus
respice in minas eorum et da seru
tuis cum omni fiducia loqui uerbum
tuum. in eo quod manum tuam extendas
ad sanitates et signa et prodigia fi
pueri sancti filii tui iheso. Et cum
orassent motus est locus in quo erant
congregati. Et repleti sunt omnes
spiritu sancto. et loquebant uerbum
dei cum omni fiducia. Multitudis
autem credentium erat cor unum et
anima una. nec quisquam eorum que
possidebat aliquid suum dicebat
esse. sed erant illis omnia communia
Et uirtute magna reddebat apo
stolorum testimonium resurrectionis iheso